



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Pivs Papa IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

Bulla aurea vel alias quomodolibet nuncupatis eisdem ordinibus & illorum superioribus, ac praefatis, etiam prædictos Rom. Pontifices prædecessores nostros, & sedem Apostolicam, ac etiam per nos aut quoconque alios quoquismodo concessis, confirmatis, & iteratis vicibus approbat, & innovatis: quibus omnibus etiam si de illis eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expresa, indiuidua, de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda fore, eorum omnium tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, & totaliter inseritis habentes, illis alijs in suo robore permanfusis, hac vice duntaxat ad effectum præsentium specialiter & expreſſe derogamus, ac sufficienter & plene derogatum esse volumus, atque decernimus, ceterisq; contrarijs quibuscumque. Volumus autem q; præsentium transumptis manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea proflus fides adhibeatur, quæ originalibus litteris ipsis adhibebetur, si forent exhibita vel ostensa. Datum Roma apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, Die prima Aprilis, Milleſimo quingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus nostri anno tertio.

Cef. Glotierius.

Anno a Natiuitate Domini M.D.LXII. Indictione quinta, die vero decima mensis Aprilis, Pont. S. in Christo patris & D.N.D. Pij diuina prouidentia Pape iij. Anno tertio, Retroscriptæ litteræ affixa & publicatae fuerunt ad Valias Basilicæ principis Apostolorum de Urbe, Cancellaria Apost. ac in Arie Campi Flora, dimissis inibi illarum copijs auctoritatib; & collationatis cum eiusdem originalibus litteris, ut moris est, per me Thomam Roger, S.D.N.Pape, sancta inquisitionis cursum.

P I V S P A P A I I I I,

Facultas Illustriſimorum Cardinalium Inquisitorum generalium  
procedendi contra Prelatos.

Illustriſimi Cardinales Reipub. Christiana Inquisitores generales procedere posunt contra Episcopos & quoslibet alios prelatos, etiam Cardinalatus dignitate decoratos absentes, hereticos, vel de heresi suspectos aut diffamatos, in regionibus suspectis commorantes, ad quos liber non patet accessus, eos que citare vt intra terminum, quem illis præfixerint, debeant se eisdem generalibus Inquisitoribus presentare sub pena excommunicationis, suspensionis, ac priuationis omnium dignitatum, & beneficiorum & alijs arbitrio ipsorum imponendis: nec dicti prelati possunt per procuratorem aut quemlibet excusatorem respondere, confessus summo Romano Pontifici est referendus, vt sententia iusta et debita contra tales promulgetur.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Do-  
mini 1563.  
Ex Archivio ge-  
neralis Inqui-  
sitionis Romanae

**R**OMANVS Pontifex, Christi Vicarius, ac beati Petri successor, cui ipse Christus Dominus noster oves suas pascendas enixe ter commendauit, ne oues desperita de eius manu quondamque requirantur, omni studio & solertia continuè inuigilare debet, vt à sancta Romana Ecclesia, quæ ceteratum caput est, & magistra, deuiantes ac aberrantes, ad gregem Dominicum totis viribus reducat, & quas Dei timore proposito & salutariibus monitionibus ad illam alliceret nequieviret, temporalium faltem penarum metu coecaret. Cumque nos propterea postquam ad summi Apostolatus apicem, licet immeriti, diuina fauente clementia assumpti fuimus, statim mentis nostræ aciem eo direximus, vt hereticæ prauitatis vnde extitpatis erroribus fides Catholica vbique augmentum suscipiat, & diffusus protendatur, nihilque quod huic rei profuturum cognouimus, prætermissemus. Et nihilominus sicut nuper non sine gravi cordis dolore & animi amatitudine accepimus, nonnulli prelati, & in dignitate ecclesiastica ac episcopali ordine constituti, ad quos veluti in partem solitudinis nostra vocatos magis spectaret ceteros presentum eorum curæ creditos ab erroribus reuocare, & in eisdem erroribus pertinaciter persistentes insequi, nedium in similes errores hereticos grauiter prolapsi fuere; sed etiam ceterorum hereticorum fautores, receptatores, & auxiliatores existunt, & eandem fidem Catholicam cuius defensores esse deberent, in dies oppugnare non verebuntur. Volentes igitur huic tam pernicioſo morbo, prout nostro incumbit officio, occurrere, ac ne vterius progrediarur, quantum in nobis est, prouidere: Motu proprio per Apostolica scripta venerabilibus fratribus, & dilectis filiis nostris Inquisitoribus contra hereticam prauitatem generalibus in alma Urbe nostra pro tempore residentibus, quibus vt contra quoconque etiam episcopali, acquacunque alia etiam Cardinalatus predicatoris dignitate procedere possint, per alias nostras indulſimus tenore præsentium, committimus & mandamus, vt omnes & singulos hereticos & hereticorum fautores, receptatores, & auxiliatores predicatoris, de huiusmodi criminibus diffamatos, in prouincijs & locis in quibus Lutherana lecta inuauit, commorantes, ad quos ob ipsorum hereticorum frequentiam notorium est, tutum, seu saltum liberum non patere accessum, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & alia quacunque etiam

# Officio Sanctissimae Inquisitionis. 129

**A** etiam Cardinalatus dignitate præfulgeant, nullis alijs desuper habitis, super non ruto vel non libero accessu, huiusmodi informationibus (receptis tamen summarie & extra judicialiter quantum iphis Inquisitoribus sufficiere videbitur prius indicis) etiam per editum in valois palatiis officii sancte inquisitionis, & Basilice principis Apostolotum de Urbe, ac in Cancelleria nostra Apostolica, & acie Campi Flora tantum per unum ex nostris Curtoribus, vel etiam in locis finitimi terrarum in Italia consistentium, nobis & eidem sancte Romana Ecclesia immediate subiectis, prout ipsis Inquisitoribus visum fuerit, affigendum, & publicandum carent, moneant & requirant, ut intra eorum, & competenter terminum eis ipsorum Inquisitorum arbitrio præfigendum sub excommunicationis latæ sententia, suspensionis à diuinis, & priuationis etiam à Cathedralibus ecclesiis, & quibuscumque dignitatibus & beneficiis ecclesiasticis, ac officiis & ordinibus quæ obtinent, & in quibus constituti existunt, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque in posterum obtainenda, neconon confessionis criminum hæresis eis obiectorum, aliisque tam ecclesiasticis quam temporalibus, etiam pecuniariis, & bonorum confiscationis, ac corporalibus, & etiam relapsus, & aliis per ipsos Inquisidores imponendis poenis, coram ipsis personaliter & non per procuratorem, defensorem, vel excusatorem aliquem comparant, & se a criminiis predictis expurgant, & si in termino prædicto non comparuerint, & se a dictis criminiis legitime non expurgauerint, ad oblationem terminorum ad docendum se dictis litteris citatoris & monitorialibus paruisse, pro sententia declaratoria incursum censurarum & poenarum in eiusdem libris contentarum ferenda seruati solitorum, ac etiam in causa ipsa criminis hæresis inquirendo ad receptionem probationum pro diffinitua super crimine etiam contra absentes, sic ut preferatur monitos ferenda sententia, usque ad ipsius sententia ferenda calculum procedant, ac demum processum omnem nobis, ut ad sententia, quæ iusta viva fuerit, prolationem deuenire possimus in Consistorio nostro secreto referant. Nos enim citationem & monitionem per publicum edictum, ut præfertur, decernendas & exequendas prædictas, dictos sic citatos & monitos perinde atestate, ac si personaliter citati forent, illisque ac processus desuper habendos, sententialisque inde ferendas validos & validas fore: Sicque per quoscumque iudices & commissarios etiam caularum palatii Apostolici Auditores in quibus instantia, sublata eis & eorum cuilibet quavis alteri interpretandi & difficiendi facultate & auctoritate, iudicari, & difficiori debere: Irritum quoque & inane, quidquid lecus super iis à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac palatii nostri stylo etiam certam aliam formam, quoad citationes per editum decernendas & exequendas, inducentibus quibus illorum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes, & hac vice dumtaxat, illis alijs in suo robore permanuris, specialiter, & expresse derogamus ceteri que contraria sunt, quibuscumque. Nullis ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ commissionis, mandati, decreti, & derogationis infingere, vel ei ausu remeratio contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Roma apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, Septimo Id. Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

Fed. Card. Cæsius.

Cæ. Gloriosus.

D Registrata apud Cæsarem Secretarium;

H. Cumyn.

P. I V. S. P A P A. IIII.

Breve S. D. N. Pij Papæ Quarti, super reuocatione licentiarum datarum  
legendi libros hæreticos, & prohibitos.

Nullus tametsi Episcopali, Archiepiscopali, aut alia maiori dignitate præfulgeat, prætextu cuiuslibet facultatis à quocumque concessæ, potest legere libros hæreticos & prohibitos, exceptis Inquisitoribus & eorum commissariis à sede Apostolica deputatis, bibliopolio vero, & quicunque tales libros habuerint, debeant eos realiter & cum effectu Inquisitoribus assignare sub paucis in hæreticos latis,

E Pius Papa quartus, ad perpetuam rei memoriam.

V M pro munere, quod sustinemus, id præcipue nobis propositum habeamus, & Edita anno Domini 1564.

omni studio, diligentiæ, euremus, ut omnes Christi fideles tam gravioribus calamitatisque temporibus in recta, & Catholica fide, contineamus id agere, & prouidere necesse est: ut omnem omnibus aberrandis ab ea occasionem subtrahamus. Nemini Ex bibliotheca illustris, Iu. li Antonij Sætonij Card. Sanctæ Seuæ.

aut mirum videri debet; si Romanus Pontifex non unquam facultates alias, quas ipse vel prædecessores eius probabili adducti ratione concesserint, postea reuocet, cu[m] Sanctorum Card.

ipso rerum vsu edoctus animaduerterit, eas iustiore de causa esse reuocandas. Ad mortuam nostram, ut peruenit ex data nonnullis licentia habendi, & legendi libros hæreticos, aut de hæreti suspectos ad hæreticos, & errores, qui in eis libris continebantur, refellendos: non raro eunire solete; ut illos ipsis

I corum